



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Salamanes Solitarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

\* Cyrus  
oppidum  
Syria.

**V**IR quispiam \* Cyri fuit, cui Mausima nomen, Syrus lingua, qui inter agrestes educatus, ad magnum virtutum splendorē naturæ ductu peruenit: vnamq; tunicam adhibuit, quę si rupta esset, alterā non parauit, sed eandem semper resarsit, itaqué corpus texit. Hospitalis adeo fuit, ut peregrinis omnibus & pauperibus fores illius patuerint semper. Vasa duo habuisse fertur, frumenti alterum, alterum olei, vnde omnibus egentibus eadem benignitatis copia (nunquam defectis oleo doliis) qua Sarapiana quondam vidua fruebatur, victum præbebat. Omnibus enim, qui eius implorabant opem, succurrerit Deus, velutq; hydriam illam &c. lecythum fluere iussit, segmentemque hospitalitatis manipulis & segre compensauit, ita huius admirandi promptam liberalitatem pari munificentia reperdit. Vita benè sancte q; transactā ad Dominum emigravit.

### A N N O T A T I O.

**P**Lura de hoc Theodoretus in patrum historia cap. xiii. qui cum appellat Mæsimam.

ej. Ianuar.

### S. SALAMANES Solitarius.

Vicus

**V**icus est ad Euphratēm fluuium versus Theodoro-  
 occidentem situs, Capersana dictus, tus h̄istor.  
 vnde originem dicit Beatus hic Salamanes, SS. patrū,  
 qui vitam secessatus quietam yltra vicum, C. XLIX.  
 mapale reperit, quo se, & ianua, & fenestra  
 obstructis, abdidit, semelque tantum, per  
 fossā terrā, alimenta pro toto anno admisit.  
 Vrbis ergo pontifex, cum de viti virtute au-  
 disset, ad illum adiit, vt illum sacerdotio ini-  
 tiaret, parteque ædicularæ deiecta, ingressus  
 manus illi imposuit, preceque rite facta,  
 multis eum affatus, sacerdotium oblatum  
 denunciauit. Sed nulla voce expressâ, Epi-  
 scopus abiit, imperauitq; vt apertam illam  
 rursum clauderent casulæ partem. Alio  
 tempore vicani illi, vnde oriundus erat,  
 traecto per noctem flumine, illum rapue-  
 runt, & in suum pagum neq; obnitentem,  
 neque verbo repugnantem, neque quic-  
 quam omnino cuiquam demandantem ab-  
 duxerunt, similemq; illi prioris ædicularam  
 excitarunt, atque subito incluserunt, qui  
 perinde ibi solitarius vixit, nunquam ullum  
 allocutus. Post paucos exinde dies, illi pa-  
 gani, qui è regione vici colebant, noctu rur-  
 sum superuenientes, cellulam perfoderūt,  
 yirumque nihil recusantem, nec signum  
 ullum præ se ferentem, quod inuitus man-  
sisteret.

sisset, vel volens discederet, secum trahunt, ita penitus seipsum, quasi viuum exhibebat cadauer, vocem quā illam Apostolicam recessimē usurpabat: *cum Christo crucifixus sum: viuo autem non iam ego, viuit vero in me Christus: quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, qui me dilexit & tradidit seipsum pro me: ita ergo beatus Salamanes sensus suos ut nemo aliis, maestauit, in hoc studio ad mortem usque constans perstiterit, profectusque ad Dominum æternum agit triumphum.*

**24. Ianua. S. XENE SEV EVSEBIA, SIVE HOSPITA.**

*Huius Acta  
ex Metaphrase leges apud Surium*

*25. Ianua.*

Perbeata hęc Xene, illustrissima fuit urbe Romā oriunda, loco in primis claro & inuidendo nata. Parentibus illam matrimonio collocare iam parantibus, ipsisque iam instructis nuptiis, ex ipso thalamo cum duabus ancillis profuga per mare ad Milassorum oppidum peruenit. Immo ductu venerabilis Pauli monachi, qui Alexandrię illi spectabilis apparuit, ad eam urbem appulit, ubi modico ad memoriam S. Stephani protomartyris extructo facello, cum duabus ancillis & aliis quibusdam paucis virgi-